Quelle: https://manuscripta.at/?ID=924
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Margaretha Uxor Johannis Hagner de Werding predicto deponendo dixit quod ipsa de anno domini ꝛc Sexagesimo septimo in festo pentheosten per quatuordecim dies maximum dolorem oculorum passa fuit qui in dies adhuc timebat se omnino exhiberi extraneum, et dum se ad tumbam beati Leopoldi presentasset itaque mirabiliter cum duobus pupillis retrocedendo venisset statim cessavit dolor et visus sana completus est. Elisabeth Relicta quondam Leonhardi Umbkerer de Werding predicto interrogata dixit quod ipsa de anno domini ꝛc quinquagesimo nono circa Carnisprium tam gravem dolorem pedis sinistri passa sit quod omnibus sacramentis ecclesiasticis privata se exhiberi nisi putabat mortuam. Verordnata tamen de beato Leopoldo invocato ipsius suffragio se ad eius tumbam ad obliquum retro deponit quo facto mox tollabat et omnis dolor abcessit. Johannes Incola de Nemmburg fabrensis predicta lucro conjugatus respondendo dixit quod ipse de anno domini ꝛc quadragesimo sexto circa festum nativitatis domini per sex ebdomadas retinuit gravissimum oculorum dolorem patiens ab omnibus exterminari putabat. Tunc tumbam beati Leopoldi pro sanitate sua assequenda votiva visitans tuta trina vice adhuc tumba oculis qui sunt debilibus in limite statim melius habuit et dolor cessavit quem postea non plus sensit. Anna Uxor Erhardi Ernesti de Nemmburg curiensis predicta interrogata tunc quod ipsa de anno domini ꝛc Sexagesimo tertio maximum dolorem oculi dextri per quatuor dies patiens tumbam beati Leopoldi votiva accessit quia manum tangens oculum lesum limitis statim omnis dolor cessans sana domum redijt. Cristoferus Glastegner de Nemmburg curiensis examinatus dixit quod ipse de anno domini ꝛc Sexagesimo octavo circa festum purificationis beate Marie virginis per triduum dies gravissimos per totum suum corpus sicut minorum inflatus tumor potuit medicamine curari. Facto tandem per eum secto de tam dela circa quam aqua sunt immudebant quod ad tumbam beati Leopoldi votiva deduxit ibidem reverendo statim inflatio omnis disparuit et ipse sanus abijt. Barbara Uxor Wolfgangi Eurerdinger

de Vienna